

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6639

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Saint-André-sur-Orne, Saint-Étienne de Fontenay (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1151, septembre-1153, janvier]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Henri, duc de Normandie et comte d'Anjou, des donations faites à l'abbaye de Fontenai par les ancêtres de Jourdain Taisson, fondateurs de ladite abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 80.
- b. Piolin Paul, Sainte-Marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Bajocensis, n° XVII, col. 82-83.
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XLII*, t. 1, p. 47-48.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 47.

Texte établi d'après c

Henricus, Dei gratia dux Normannorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus atque omnibus fidelibus suis, salutem.

Notum sit vobis atque omnibus tam presentibus quam futuris quod ego, ad petitionem Jordani Taxonis, confirmavi abbati et monachis Sancti Stephani de Fonteneto omnes donationes et eleemosynas quas antecessores dicti Jordani Taxonis, qui fundaverunt abbatiam de Fonteneto, fecerunt et dederunt in perpetuam eleemosynam, nutu et consilio Willelmi, tunc ducis Normannie, predicto abbati et monachis, pro salute animarum suarum, videlicet in ecclesiis, decimis, terris, hominibus, in pratis, aquis, molendinis, in sylvis et nemoribus, in libertatibus, usagiis, consuetudinibus quas iidem monachi habent in foresta de Cingalesio et in cunctis aliis nemoribus suis, de quibus habent omnes decimas, et in omnibus, sicut continetur in carta fundatoris et aliorum antecessorum predicti Jordani Taxonis, que incipit : « Quisquis Deo, etc. », et in carta confirmationis quam predicti abbas et monachi habent a Willelmo, tunc duce Normannie, super predictis donationibus, que incipit : « In nomine sancte et individue Trinitatis, etc. », que carte crucibus sunt signate secundum antiquam consuetudinem, quas recognovit Jordanus Taxonis, coram me et baronibus meis, apud Rothomagum. Et ego predictas cartas et omnes donationes

et elemosinationes de verbo ad verbum, sicut continetur in eisdem cartis, et omnia alia que postea donata sunt, tam a Jordano Taxonis quam ab antecessoribus suis, in omnibus confirmavi, in pura et libera elemosina, cum omni ea libertate et quietantia quam elemosina potest et debet habere. Quod ut ratum sit et stabile in perpetuum, presenti scripto et sigilli mei munimine confirmavi.

Testibus his : Arnulpho Lexoviensi episcopo, Richardo cancellario, Willelmo de Rolmare conestabili, Willelmo de Vernone, Richardo de Haiia, Guferio de Bruere, Radulfo de Pomeria, Willelmo Rossel.

Apud Rothomagum.